¶ Si tu vadas piter cū aliq̄ qui te nō ſit maior in ſtatu vel i dignitate. tu potes ire cū eo nō reſpiciēdo ſupiorē vel inferiorē locū. ⁊ nō eſt tibi cure ſiue ille p̄cedat ſiue ſequat᷑. cū ipſe ſit tibi equalis. Uerūtamē ſi tu vel' eidē tribuere honorē dimitte eū pcedere. ⁊ tu ſequar̄. aut dimittas eū ire p locū ſupiorē vici. ⁊ tu eligas locū inferiorē. Con. tu potes ire licēter. id ē ꝯuenienter (ſi vis cū pare). i. cū tibi ſimili (inſtāti). i. equaliter tecum gradiēti tu pmitte libēter hūc ꝙ p̄cedat te

Si tibi cōtingat vt cū meliore vageris
Poſt pergas donec latus ei⁹ adire iuberis

¶ Si tu pgas cū meliore digniore vel ſeniore te. tūc dimittas eū p̄cedē et tu ſequaris eū. ⁊ nunqꝫ adiūgas te lateri ſuo anqꝫ tibi iuſſerit. Con. Si cōtingat tibi vt vageris. i. vt ambules cum meliore te. pergas. i. vadas poſt eū donec iuberis adire latus eius

Si peregre pergas. nunqꝫ te iunge duob⁹
Diſparib⁹ currus raro trahitur bene bobus

¶ Si tu ābules pegre lōge vel ppinq̄ nullū hn̄s ſociū. ⁊ ſi reperias duos ſocios eūtes p viā tuā non ꝯiūges te ill' niſi ꝯgſcas eos. q2 tu neſcias an ſint boni vel mali. ⁊ ſi eēnt mali tu nō poſſes te defendē a duob⁹ ſi tibi vellēt dānū inferre aliqd̄ iō caue ab ipſis. Cōſtrue (Si tu pgas). i. ābules (pegre). i. extra patriā tuā (nunqꝫ) p nō ⁊ vnqꝫ. nō iūge te vnqꝫ duob⁹ q2 curr⁹ nō trahit᷑ diſparib⁹ bob⁹. Silr̄ tres nō pn̄t bn̄ cōcordare

Si quis dignetur offerre ciphū tibi lete
Accipias modice bibas. reddaſqꝫ facete

¶ Si tu veneris caſu aliquo vel ſpōte ad aliquā ſocietatem quā inuenēris cenātem prādentem vel comedētem. ⁊ vn⁹ illoꝝ offerat tibi ciphum ad potādum. tūc debes vultu hilari ⁊ placido ciphū accipe modicū bibēdo. deinde facete ⁊ honeſte ciphū illū ex q̄ bibiſti reddere cū graꝝ actiōe Cōſtrue. Si q̄s dignet᷑ offerre lete ciphū tibi tu accipias ⁊ bibas modice. i. modicū qꝫ pro et. ⁊ reddas ciphū facete. i. honeſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Paupꝫ et indignus ſi ſis effundito totum
Et vacuū tu redde ciphum prius vndiqꝫ lotū

Si tu ſis paupꝫ perſona ⁊ īdignꝰ reſpectu illoꝝ q̇ tibi dederūt ad bibēdū debes totū ebibē qd̕ in cipho eſt. ⁊ ſi qd remāſerit ī cipho h̕ effunde. et poſtea cū modica aqua debes lauare ciphū. ⁊ ſic lotū ei q̇ tradidit tibi vel alteri debes reſtituē ſꝑ cum graꝝ actiōe. Con. Si ſis paupꝫ ⁊ indignꝰ effundito. i. ebibe totū qd̕ eſt in cipho. ⁊ tu redde. i. reſtitue. ciphum vacuum lotū prius vndiqꝫ. i. ab omni eiꝰ parte

Qn̄ ciphum capies. auerſo non bibe dorſo
Nec facies offas de pane prius tibi morſo

Qn̄ quis porrexerit tibi ciphū ad bibēdū. ⁊ tu accipias illū. caue ne bibas auerſo dorſo. qꝛ hoc ꝓ magno ſcādalo reputaret̄ ſed cōuertas facieꝫ tuā ⁊ oculos tuos ad aſpectū ⁊ faciem alioꝝ ⁊ ſi velis ponē panē intra vinū caue ne ponas vnqꝫ panē quē ſemel int̄ dentes habuiſti. Con. nō bibe dorſo auerſo qn̄ capies ciphū Nec facies offas de pane morſo prius

Menſa tibi cubitum nunqꝫ ſuſtentet edenti
Sed recte ſedeas. tecū ſeruito ſedenti

Cū aſſideris mēſe nō ponas brachia tua ſup̄ mēſam. qn̄ em̄ q̇s brachium ſuū ſup̄ mēſam poīt ſignū ē qd̕ ipſe nō p̄t brachia ſua ſuſtētare ꝓpt̕ aliquā deformitatē vel debilitatē. aut ꝙ ipſe ſit ruſticꝰ neſciēs mores Et ſic caue ne brachia extēdas ſup̄ mēſam. Itē tu debes ſuire ei q̇ tecū ſedet miſtrādo ei ī cibis ꝑponēdis ⁊ potibꝰ ⁊ in alijs ſeruitijs mēſe. Et maxīe qn̄ ipſe ē maioꝛ te. aut qn̄ tu inuitaſti eū. aut qn̄ eſt ꝑſona verecūda ſicut ſunt muliēs. Cōſtrue. Nunqꝫ ꝓ nō et vnqꝫ. Mēſa non ſuſtētet vnqꝫ cubitū tibi edenti. i. comedēti (ſꝫ ſedeas recte) ⁊ ſeruito ſedēti tecū

Sicqꝫ ciphū capias. vtraqꝫ manu capias tu
Et per vtrūqꝫ latus nō per ripā teneas tu

Si aliq̄s prebeat tibi ad bibendum in vno magno cipho ſiue in vna taſſa. tu nō debes accipe vnica manu. qꝛ ſic poſſet ex manibꝰ tuis cadere in terram. ſed ambabꝰ manibꝰ accipias ſi opꝰ fuerit. deinde bibas ⁊ poſtea reddas ciphum ipſum firmiter tenēdo ꝑ vtrūqꝫ latus ⁊ nō per alterum tm̄. Cōſtrue. qꝫ pro et tu (capias ciphū ſic. ſcꝫ tu capias vtraqꝫ ciphum. ⁊ tu teneas illum ꝑ vtrūqꝫ latus nō ꝑ ripam

Cum pare ſi debes vel cū meliore iacere
In qua ꝑte thori velit ipſe quieſcere quere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

¶ Si tibi ↄtigerit dormire in aliquo lecto cū tuo equali aut cum maiori te. nō debes te ponē in lecto niſi prius ſcieris ab eo in qua ꝑte lecti velit iacere. Conſtrue. Si tu debes iacē cum pare vel cū meliore. tūc quere in qua ꝑte thori velit ipſe quieſcere

Cum quocūqȝ tibi prope vel ꝓcul accidit ire
Nomē et eſſe ſuū quo quis ſit et unde reqre

¶ Si tibi cōtigat ꝑgere remote vel ꝓpinque a domo tua. debes habere ſocium. q᷑ ſcribit̄ ꝑ Salomonē in libro eccleſiaſtes. Ue ſoli. q᷑ cū ceciderit nō habet ſubleuātem ſe Et anteqȝ ponas te in ſocietate alicui⁹ qui ſit tibi igt⁹. tu debes eidē q̄rē tria ꝑ ordinē ꝑrio vn̄ ſit oriūd⁹. Scdo qd̓ eſt nomē ſuū Tercio q̄. i. ad quē locū ipſe velit ire. nā r̄nſio iſtoꝝ triū q̄ſitoꝝ ſatis īdicabit tibi ſi tu debeas cū ipſo ire l'nō. Con. Cū accidit tibi ire ꝓcul. i. lōge vel ꝓpe cū quocūqȝ hoīe reqre ab eo nomē ſuū. ⁊ eſſe ſuū. id ē vocationē ſuam q̄s ipſe ſit. vn̄ ipſe ſit ⁊ q̄ ipſe ꝑtendat ire

Cū quocūqȝ placet ꝑegre tibi ducere greſſus
Si potes hos teneas. q̄s es pro poſſe ꝓfeſſus

¶ Si vis ire extra habitationem vel patriam tuam. ⁊ q̄ras ſocietatē bonam ſi tūc potes tu debes accipe illū vel illos cum q̄ vel q̄b⁹ tu alias iuiſti. q᷑ tu cognoſcis mores illoꝝ. ⁊ ipſi ↄgnoſcūt tuos mores. ⁊ iō melius eſt te ire cū illis q̄ȝ cum aliȷ̄s extraneis. Cōſtrue. Cū placet tibi greſſus peregre ducē cū quocūqȝ teneas hos ſi potes q̄s es pro poſſe ꝓfeſſus

Cum pare ſi pergas aut cū meliore peregre
Qd̄ velit ipſe velis. tibi ſic capiet nihil egre

¶ Si tu ꝑgas iter cum ſocio aliq̄ cum q̄ cenare vel prādere debeas. interroga q̄d ipſe comedē velit. cum fueritis ī via interroga an velit citi⁹ aut tardius ire. ⁊ ſic de aliȷ̄s reb⁹ quibus peregrin⁹ indiget. nam hoc faciēdo tu cōplacebis ei. ⁊ ipſe tibi quod facere bonū eſt ⁊ maxime inter peregrinos. Conſtrue. Si pergas peregre id eſt in longinquo cum pare tibi: vel ſi pergas cum meliore: tu velis quod ipſe velit. ⁊ ſic nihil capiet id ē accidet tibi egre id eſt moleſte.

Si peregre ꝑgas ſemꝑ de nocte quieſcas
Surgas mane. ſed hoſpiciū de luce capeſcas

¶ Si tu ꝑgas peregre debes ſꝑ mane ſurgere. ⁊ maxime qn̄ via eſt tibi nota. ſ; nunqȝ debes expectare noctem ad q̄rendū hoſpiciū ſed capias illud ſꝑ bona hora ⁊ de die. Conſtrue (Si tu ꝑgas). i. ābules (peregre)

id eſt extra(quieſcas ſemp̄ de nocte).i.nō expectes noctē ad capiendū hoſpiciū.ꝛ nunq̄z ambules ī nocte.qꝛ q̄ ambulat in tenebris neſcit q̄ vadat et tu ſurgas mane(ſꝫ capeſcas hoſpiciū tuū de luce).i.de die

Inq̄z domū rufi non accipias tibi pauſam
Nāq̄z malignādi gerit in ſe deniq̄z cauſam

¶ Quādo tu vis cape hoſpicium nō accipias illud cuiꝰ hoſpes ē homo rufus.qꝛ licet ſint aliqui boni.tamen ſunt illiꝰ coloris multi mali.ꝛ ideo propt̄ ſuſpicionem quam poſſis habere caue ne ibidem hoſpicium accipias. Cōſtrue. qꝫ pro et.non accipies tibi pauſam id eſt morā in domo rufi id eſt rufos crines habētis(deniq̄z)id eſt certe ipſe rufus(gerit in ſe) id eſt ſecum portat .cauſam malignandi.

Ex apum iugulo.cerui lingua.canis ore
A magnis pedibꝰ caueas.bleſoq̄z lepore

¶ Quinq̄z ſunt a quibꝰ nos ſeruare debemꝰ. Primum eſt iugulus apū ſcꝫ quādo apes ſunt in aliquo loco a quo volumꝰ eas remouere.ꝛ ille inſiliūt in nos mordentes nos.ꝛ morſu ſuo ledūt pellem noſtram adeo q̄ cutis ſtatim intumeſcit. Secūdum eſt lingua ceruina illa eſt venenoſa. Tercium eſt os rabidi canis ꝛ etiam non rabidi quādo nos non ſumus noti. Quartum eſt ab hominibꝰ habentibus magnos pedes .nam tales nō ſunt audaces.ſꝫ magiſtꝝ ſuū ꝛ ſeipſos ſepe opprimi dimittūt. Quitum eſt ab adulatore.nam lingua adulatoris fortius pungit enſe Conſtrue.tu caueas ex iugulo.i.morſu(apum.ꝛ caueas inquam a lígua cerui ꝛ ab ore canis.a magnis pedibꝰ.i.ab homine magnos pedes habente.qꝫ pro et.et a lepore bleſo.i.ab adulatore.

Si qua velis emere taxabis emenda modeſte
Nec magis aut minꝰ iures.inſtabis honeſte

¶ Si tu velis emere aliq̄d tūc taxabis emenda modeſte.i.p̄cium rōnabile impone.ꝛ cauebis a iuramētis ꝛ periurijs que ſolēt fieri in iſtis venditionibꝰ.ſꝫ honeſte tu offeres p̄cium rōnabile.non offerendo minꝰ vel magis q̄z tu pretendas dare. Conſtrue(Si velis emere qua)id eſt aliqua(tu taxabis honeſte emenda.nec.pro et non.ꝛ non iures id eſt adiures magis aut minus.ſed inſtabis honeſte.

Obliquo nullū debes corrodere dente
Et liuoris acu nunq̄z tu punge latente

¶ Tu nunq̄z debes diffamare aliquem qꝛ ſi dicas aliq̄d malum de proxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

mo tuo tu poteris dicē corā talibꝰ ⁊ tali hora q̄ ſibi veniet ī maximū dā
nū. ⁊ h̄ forſan nō dicis niſi ꝓpt̄ inuidiā. ꝓptea quā in p̄ntia alicꝰ nūq̄ꝫ de
bes dicē aliq̄d qd̄ ꝯtat̄ in dānū aut dedecꝰ alteriꝰ Con. nullū ꝑ nō ⁊ vl-
lū. tu nō debes corrodere. i. vituperare vllū. i. aliquē dente obliq̄. i. ꝑuerſo ⁊
tu nūq̄ꝫ pūge aliquē acu latēte. i. ꝯtumelioſa loquutiōe. liuoris. i. inuidie.

Si quē precellas. ſemꝑ probitatis honore
Nec iactes. q̄ꝛ laus ꝓprio ſordeſcit in ore

¶ Si ꝓpter ſciam tuam ꝓpter diuitias tuas vel ꝓpt̄ aliqua alia bona
nature vl̄ fortune tu excedas aliquos. caue ne de hoc vnq̄ꝫ te iactes. nam
ſicut illi qui faciūt aliqd̄ bonū ꝑdunt retributionē illiꝰ boni ꝓpter ipſoꝝ
iactātiam ita res laudabilis de ſe iam nō eſt āpliꝰ laudabil̄ ſi q̄s ſeipm̄ ia
ctet. Con. Si p̄cellas. i. excedas quē. i. aliquē. ne pro nō. non iactes. i.
nō extollas te ſuꝑ honore ꝓbitatis q̄ꝛ oīs laus ſordeſcit in ore ꝓprio

Hoſpitibus letum debes oſtēdere vultum
Vultus enī letus dandi dupl^ic^āt tibi cultū

¶ Si tu recipias hoſpites ad cōuiuiū vel aliter in domo tua aduerte ne
eiſdē vel corā eis iraſceris aliq̄ mō. nam iocūda facies ⁊ hilaris vultꝰ ho-
mis dātis multiplicat honorē doni Cō. tu debes oſ̄dē vultū letū hoſpi
tibꝰ tuis enī ꝑ q̄ꝛ. quia letꝰ vultus duplicat tibi cultū. i. honorē dandi.

Nocte dieq̄ꝫ mane cubiturus veſpere laudes
Hoſpitibuſq̄ꝫ tuis dum diſcedis dato laudes

¶ Ut nō videaris ingratus tā apd̄ deum q̄ꝫ apud hoīes. tu debes ad mi
nꝰ bis in die reddē laudes deo ſcꝫ qñ ſurgis a mēſa. ⁊ qñ vadis ad lectum
Silr̄ hoſpites tuos debes ſalutare bis ī die ſcꝫ mane ⁊ nocte. ⁊ nunq̄ꝫ di
ſcedere ab his niſi prius eos ſalutaueris ne ſis de numero illoꝝ qui diſce-
dūt hoſpite inſalutato. Cōſtrue. Tu cubiturꝰ. i. qui vis ire ad lectum
dato laudes deo. q̄ꝫ pro et. ⁊ die veſpe ⁊ mane. dum pro qñ diſcedis id eſt
recedis. dato. i. reddito laudes hoſpitibꝰ tuis

Irritare canem noli dormire volentem
Nec moueas irā poſt tp̄a longa latentem

¶ Sicut tu nō debes irritare canē volentem dormire quem times vt te
mordeat ſic nō debes mouere iram tp̄is p̄teriti. nā ſicut dt̄ Cato. Officiū
mali hoīs eſt ſuſcitare irā tp̄is p̄teriti. Cōſtrue. Noli irritare canē vo-
lentē dormire. nec moueas iram latentē poſt lōga tp̄a

Cōpeſcas os arte. male ne praua loquatur

Ne malus irrumpat fetor latrina tegatur

¶ Sicut ille qui nō vult ſentire fetorem latrinaꝝ coopit foramē latri-
ne ne ꝑ illud malus odor exeat ita hō volēs ſe cuſtodire ab omni odio ali
orum debet ſeruare ſe ne ab ore ſuo procedat ꝟbum iniquū. ⁊ qd̓ de ſeipſo
nolit eſſe loquutū. Cōſtrue Cōpeſcas.i.refrenes os tuū ne loquat̃ ma-
le id eſt inique praua.i.res prauas.latrina.i.locꝰ fetens tegat̃.i.cooperia
tur ne ꝑ vt ⁊ nō.vt malus fetor nō irrūpat id eſt ꝓcedat

In ꝓprie ſperes fora dum petis era crumene
Fallitur ad fora ſpes dum burſe ſunt aliene

¶ Cum volueris ire ad foꝝ ad emēdum aliq̇d debes tibi ꝓuidere de pecu
nijs ſufficientibꝰ ⁊ non cōfidas vnq̄ȝ in burſa alteriꝰ.quia multi in hoc
decepti ſunt Conſtrue.ſperes.i.fiduciam habeas dum petis fora in era
prope crumene ⁊ ſpes fallitur ad fora dum burſe ſunt aliene

Eſt tibi ſummus honor cito ſoluere ſolue libēter
Si mihi credis emes.vendes.viueſqȝ decēter

¶ Si tu debeas aliq̇d ſolue libēter ⁊ quāto citius poteris nam tria bona
inde tibi eueniūt.qꝛ tu emes vendes ⁊ viues honorabiliter. Conſtrue.
Soluē cito eſt tibi ſummꝰ honor.ſolue libēter ⁊ ſi credis mihi tu emes
tu vendes qꝫ pro et.⁊ tu viues decēter.i.honeſte

Nil ſuꝑ hoſte tuo tua lingua minādo loquatur
Hoſtem nāqȝ ſuū munit quicūqȝ minatur

¶ Si tu habes vnū inimicū nunq̄ȝ debes eidē inferre minas qꝛ dū ipſe
ſentit te ſibi minas itulisſe.ipē ſe munit ab oī ꝑte q̄ poſſȝ ſibi nocē ⁊ ſic q̇-
cūqꝫ minat̃ hoſti munit hoſtē. Con: Nil ꝑ nō ⁊ aliqd lingua tua non
loquat̃ aliq̇d minādo ſuꝑ hoſte tuo.i.inimico tuo.nāqꝫ pro quia. qꝛ ille
munit.i.fortificat hoſtē ſuū quicūqꝫ minat̃.i.minas infert.

Alterius noli in meſſem tu mittere falcem
Inqȝ thorum caueas alienū ponere calcem

¶ Cum quilibet teneat̃ viuere labore ꝓꝑo tu debes cauere ne velis ſumē
pro te labores alteriꝰ.et a maiori rōne debes cauē ne violes vxorem filiaȝ
neptem vel ancillā alteriꝰ hoīs.nam tales permittit deꝰ ⁊ i hoc mūdo ⁊
in alio puniri.quare ſaltē timore pene cauendum eſt a tali delicto. q̄ȝuis
ampliꝰ timore culpe. Cōſtrue Tu noli mittere falcem in meſſem alte-
rius qꝫ pro et.⁊ caueas ponere calcem id eſt pedem.⁊ ponitur ibi pars ꝓ
toto.in thorum alienum.i.in lectum alterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Vltra q̄ꝫ veſtis non extendas tua crura
Nec nimis extendas ſi viuere vis ſine cura

¶ Sicut ille qui eſt in lecto ⁊ dormit extēdendo pedes ſuos extra veſtes patiť frigus. ita ⁊ ille q̇ plus exponit quam lucreť ſtatim ad paupťatē deduciť. ideo ſi vis cauere a frigore noctis nō extēdas pedes vltra menſurā lecti Sil'r ſi vis euitare pauptatem nō exponas vltra lucrum tuū. ſꝫ citra vt ſꝑ aliq̇d de reſiduo habeas. ¶ Cōſtrue. nō extēdas tua crura. i. pedes tuos. q2 ibi poniť ps ꝓ toto. vltra q̄ꝫ veſtis extēdať. nec ꝓ nō ⁊ et. et nō extēdas nimis ſi vis viuē ſine cura. i. ſine ſollicitudie.

Qui plus expendit q̄ꝫ rerum ſumma repēdit
Nō ammiretur ſi pauptate grauetur

¶ Ille q̇ plus expēdit q̄ꝫ lucreť aut q̄ꝫ habeat in redditu patrimonij ſui vel officij vel bn̄ficij. nō debet ammirari ſi in fine alicuiꝰ tēporis ſit pauꝑ et inops. q2 prius debebat cōpenſare quātum poſſet rationabiliť ⁊ debite exponere. ¶ Cōſtrue. ille qui exponit plus quam ſumma rerum ſuaꝝ rependit. i. tribuit eidem. talis nō ammireť ſi graueť pauptate.

Si tecū comedat ſeruire memēto minori
Par tibi. tuqꝫ pari tribuas cultū meliori

¶ Si tu ſis in mēſa cum tuo pari inferiori vel maiori tunc nunq̄ꝫ deeris pari tuo aut inferiori ſeruitiū tuū exhibēdo. ¶ Cōſtrue. memēto ſeruire minori ſi ipſe comedat tecū Etiā memēto ſeruire pari tuo ſi par tuus comedat tecū. ⁊ tribuas cultū. i. honorē meliori te ſi comedat tecū

Si tibi quis loquitur vultū tu cerne loquētis
Et ſua verba tue ſecretis inſere mentis

¶ Si aliquis tecum loquať gratioſe inſpicias faciem ipſiꝰ. Nam eque bene nunq̄ꝫ poteris recipe ꝟbum ⁊ intētionem ipſiꝰ loquentis tecum ſi faciem eius nō videas ſicut ſi oculos fixos in eius faciem habeas. ⁊ ideo ī faciem docētis te intēde. nam ſic inſpiciēdo facilius quicq̇d ipſe docet ſeu dicit memorie tue ꝯmendabis. ¶ Cōſtrue Si q̇s loquiť tibi tu cerne. i. vide vultū loquētis. ⁊ inſere. i. infige ſua ꝟba ſecretis tue mētis

Si te forte domus aliena vocauit ad eſcas.
Donec preceperit. menſe loca nulla capeſcas

¶ Si tu fueris inuitatus ab aliquo ad prandium vel ad cenam quādo venies ad capiēdum locum in menſa, caue ne ſedeas donec ipſe qui inuitauit te p̄ceperit te ſedere. ⁊ ſedeas ſic ſcd̄m preceptum eꝰ vbi tibi p̄ceperit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

ſedere. Nam obedire eidem teneris de loco poſtq̃ʒ ad vocationem ſuã ve niſti. Cõſtrue. Si dom⁹ aliena .i. aliquis extrane⁹ Nam ibidem ponit͛ continẽs p̱ cõtento. vocauit te forte .i. inuitauit te a caſu ad eſcas id ẽ ad comedẽdum .nulla pro non ꝛ vlls. nõ capeſcas .i. capere incipias vlla lo ca menſe. donec ipſe qui te vocauit tibi preceperit

Si te maiori peluis famuletur aquoſa
Ad manicas eius tua ſit manus officioſa

¶ Si aliq̃s maior te añ introitum menſe vel poſt mẽſam velit vt aqua tu manus tuas laues: tibi aquam cum pelui preſentãdo: accipe eum per manicas ꝛ roga eum vt prius accipiat aquam ꝛ licet vos ambo ſimul la uetis de ei⁹ precepto. ſit tñ ipſe ſemp̱ p̱or. Cõſtrue. Si peluis aq̃ſa .i. in ſtrumẽtum in q̃ tenet͛ aqua. famulet͛ .i. p̃ntet͛ tibi maiori te .i. p̱ maiorem te tua man⁹ officioſa .i. ſeruiẽs ad ei⁹ manicas ſcʒ vt ipſe p̱us lauet.

Si videas opus eſſe cibos ſuccurre parãdo
Si neceſſe foret menſe famulabere ſtando

¶ Si videas q᷑ ſit multitudo gentium in domo quam inhabitas. tu de- bes iuuare ad parãdum prãdium vel cenã. ꝛ ſi videas q᷑ ob gentiũ mul- titudinem aliq̃s ad mẽſam famulãtem deficiat. nõ ſedebis ſed totus ere- ctus ſtabis ſeruiẽdo alijs q̃ ſedebũt ad menſam. ꝛ h̄ faciẽdo tu facies dño dom⁹ placitum ꝛ tibi ipſi honorem. Conſtrue Succurre .i. auxilium p̱ſta. parãdo cibos. ſi videas eſſe op⁹ .i. neceſſe ꝛ famulabere .i. ſeruies ſtã do .i. direct⁹ menſe .i. in mẽſa. ſi neceſſe .i. neceſſitas mouet te

Si maior tecum comedẽs potauerit .eſce
Non appone manus ſed illi mantile teneſce.

¶ Si tu comedas cum aliquo maiore te ꝛ ille bibat interim q᷑ ip̃e bibit non debes ponere man⁹ intra diſcum in quo ſecum comedis ſed poti⁹ ei dem tene ſocietatem bibendo ſicut ipſe. nam in hoc oſtẽditur vrbanitas tua. Conſtrue. Si maior id eſt dignior vel potentior te. comedens te- cum potauerit non appone man⁹ eſce id eſt ad eſcam ſed teneſce id eſt te- ne ꝛ ponitur deriuatiuũ pro primitiuo ei mantile id eſt ſocietatem mãti lis vel menſe ſcʒ ſecum bibendo.

Si par vel maior fuerit tibi forte locutus
Donec finierit ſua verba ſile quaſi mutus

¶ Quãdo aliq̃s tecũ loquit͛ ſiue ſit maior ſiue minor te. tu nunq̃ʒ debes interrũpere ſermonẽ tuũ. ſed prius audi omnimodam orõnem ſuam. ꝛ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

poſtea eidem rñdē poteris ad ſingula pūcta ſue oꝛōis Con. Si par tu⁹
vel maioꝛ te fuerit locut⁹ tecū ſile quaſi mut⁹ donec ipſe finierit ſua ꝟba.

Raro fideiuſſoꝛ vel nunq̄ꝫ creditoꝛ eſto
Multis huius enī geritur res ſine moleſto

¶ Si aliquis rogauerit te ad fideiubēdum pro eo. vel vt aliquas ſibi cō
cedas pecunias. debes quātum tibi poſſibile fuerit hoc recuſare qꝛ multꝭ
inde oꝛitur magnum detrimētum. immo multi exiſtētes amici finaliter
fiūt inimici quia cōmuniter dum quis ꝯcedit vel mutuat amico ſuo ali
quam rem. repetēdo talis efficit inimicus ꝛ ſic niſi ſit ſpecialis vel ſingu
laris amic⁹ caueas tibi de huiōi fideiuſſione vel mutuo Cōſtrue. Nūq̄ꝫ
pro non ꝛ vnq̄ꝫ. non eſto vnq̄ꝫ creditoꝛ vel fideiuſſoꝛ. quod ſi feceris hoc
fiat raro enim pro quia res huius geritur multis id eſt apud multos ſi-
ne moleſto id eſt malo.

Hec fugias faſtum. talos. lupamq̄ꝫ tabernā
Si decus et vitam tibi queris habere ſupernā

¶ Ad habendum vitam eternam pro qua finaliter oꝛdinatus es. quat
tuoꝛ ſunt fugienda. ſcꝫ ſuperbia vite. que cōſiſtit in habitibus ſeu indu-
mentis. in ſuperba ꝛ elata locutione. in preſumendo valere plusq̄ꝫ alij et
alijs ſpeciebus ſuperbie. Secūdo opoꝛtet fugere ludum. nam per ludū ꝫ
multi diuites efficiūtur paupes. Tercio fuge meretrices; nā illas ſequē-
tes ſemper finaliter deſerūt deſtructos ꝛ inopes. Quarto fuge tabernam
ſiue nimiam aſſiduitatem in cōuiuijs. quib⁹ poſtpoſitis vnuſquiſq̄ꝫ faci
lius honoꝛem mundi obtinere poterit. ꝛ deinde vitam ſempiternam.
Conſtrue. Si queris habere decus id eſt honoꝛem. ꝛ vitam ſupnam. fu-
gias hec ſcꝫ faſtum id eſt ſupbiam. talos. i. ludos. lupam. i. meretricem.
q̄ꝫ pro et tabernam. i. cōuiuia.

Si bene vis oꝛare deum thalamū tibi claude
Aſt illi qui cuncta videt tacita prece plaude

¶ Si tu vis facere aliquā deuotam oꝛōnem nō facias eā eundo p vicos
aut deambulādo p cameram. ſꝫ vade ad ecciam q̄ eſt locus ꝓpꝛi⁹ ad oꝛā-
dum ꝛ ſi tu nō habeas ſpaciū eundi ad ecciam intra camerā tuam ſecre-
tā. ꝛ clauſo oſtio flexis genib⁹ poteris facē deuotas oꝛōnes Con. Si tu
vis bñ oꝛare deū claude tibi thalamū. i. camerā tuā ſecretā. ꝛ plaude illi.
id eſt laudes da illi pce tacita. qui videt cuncta. i. omnia

Si quis deſcēdat ab equo. vel equū graue ſcandat
Te preſente. ſibi manus auxilium tua pandat

¶ Si in preſentia tua aliquis deſcēdat ab equo vel aſcēdat ſup equum
et ipſe indigeat iuuamine. ſcʒ propter ſenectutem aut alia. tu debes eum
iuuare ad aſcēdendum vel deſcēdendum. nam in hoc tua oſtendit vrba-
nitas. ¶ Cōſtrue (Si quis deſcēdat ab equo vel ſcandat) id eſt aſcēdat
graue. i. grauiter equū. man⁹ tua pandat. i. impendat eidem (auxilium)
id eſt iuuamē (tepñte). i. quādocūqʒ hoc fiat in tua pñtia.

Des tacite que das pro chriſti noie. ſi vis
Exemplū dandi ſpectādo potes dare cuiuis

¶ Si vis dare aliqd amore chriſti facias illud tam ſecrete quātum po-
tes. nam dr in euāgelio. Cum facis elemoſynam neſciat dextera qd faci-
at ſiniſtra. ſʒ ſi vis alijs dare bonum exemplum potes dare omnib⁹ ſcili-
cet manifeſte petentibus pro nomine chriſti. ¶ Conſtrue Tu des tacite
id eſt occulte. illa que tu das pro chriſti nomine. ſi vis. tu potes dare cui
uis exemplum dandi ſpectando

Rem de qua loqueris digito monſtrare caueto
Nec dum ſermo ſit ouibus ad ouile videto

¶ Si tu loquaris alicui de hoīe aliquo aut de aliqua alia re. caue ne oſtē
das ſiue demonſtres rem de qua loquaris cum digito. nam ille mod⁹ tur
pis eſt Et ſimilit̃ ſi tu facias aliquem ſermonem de aliqua re. puta de lu-
xuria vel huiōi. caueas ne tūc reſpicias oculis tuis homīes luxurioſos. et
ſic de alijs delictis. Vñ in textu p oues debem⁹ intelligere populum au-
dientem. ⁊ per ouile hoīem de quo loquit̃. ¶ Cōſtrue. Caueto monſtrare
digito tuo rem de qua loquaris. nec pro nō et. ⁊ non dum pro qñ ſermo
fit ſup ouib⁹. nō videto. i. reſpicies. ouile. i. illū de quo loqueris.

Inconſtās animus. oculus vagus. inſtabilis pes
Hec ſunt ſigna viri de quo mihi nulla boni ſpes

¶ Si tu velis cognoſcere homīes in quib⁹ nullo modo eſt cōfidendum
Debes notare iſta tria ſigna. nam quandocūqʒ videbis hominem incon
ſtātem animo ſuo nō ſperes in eo. nam ſi in reb⁹ ſuis proprijs eſt incon-
ſtans quomodo in tuis aſpiciet. etiam nec cōfidas in eum qui dum loq-
tur vobis vagatur hinc inde oculis ſuis. Et ſi pro tercio tu videas homi
nem nō trahētem moram cōtinuam alicubi. ſed hodie in vno loco eſt et
cras in alio. non cōfidas in eo. nec in aliquo illoꝝ predictoꝝ trium ſigno
rum. ¶ Cōſtrue Hec tria ſigna viri. id eſt homīs ſunt in illo in quo nul
la pro nō ⁊ vlla. ſpes boni nō eſt mihi. ſcʒ Anim⁹ inconſtans. ocul⁹ va-
gus id eſt huc ⁊ illuc reſpiciēs. ⁊ pes inſtabilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Quācito deſcendis ab equo calcar remouendū
Eſt de calce tuo tibi donec iter ſit agendum

¶ Si tu deſcēdes ab equo debes īmediate remouere a pede tuo calcaria. nam illa pn̄t tibi nocere ad itinerādum. ⁊ nō prius illa calcaria ponas ī pedib⁹ tuis donec velis alicubi pergere. ¶ Coſtrue. Quācito i. imediate cū tu deſcēdis ab equo. calcar eſt remouendum. i. deponēduꝫ de calce tuo. i. de pedib⁹ tuis donec. i. quouſqꝫ iter ſit agēdum tibi

Extrahe ſi nimis eſt cuiuſlibet ocrea ſtricta
Si te maioꝛ ſit. ſint cetera ſumpta relicta

¶ Si tu ſis in campis extra patriam vel in aliquo hoſpicio cum homīe potētioꝛe vel dignioꝛe te q̇ habeat ocreas in pedib⁹ quas vult remouere tu debes eundē iuuare extrahēdo ſibi ocreas. ſꝫ ſi ſit minoꝛ te non es obligat⁹ ad hoc. nihilomin⁹ ſi feceris illud ī te humilitatis ſignū erit. Coſtrue. ſi ocrea. i. pedis calciamētum ē ſtricta. i. anguſta nimis cuiuſlibet. i. a quocūqꝫ. extrahe. i. a pedib⁹ remoue. ⁊ maxīe ſi ille ſit maioꝛ te et extrahe in quā. cetera ſumpta relicta. i. omni negocio poſtpoſito.

Pilea vel quicquid geris in capitis regione
Si magno loqueris ſeruiſqꝫ deo cito pone

¶ Si tu ſis in eccleſia ⁊ ſeruias ſacerdoti miſſam celebrāti vel alias aut ſi tu loqueris magno homini. ſcꝫ in potentia dignitate vel ſciētia conſtituto tu debes talib⁹ famulari capite diſcooperto. niſi tibi ſingularit̄ preceperint ꝙ aliter facias. aut patrie modus ſit in alio vſu. Conſtrue Si tu loqueris magno homini qꝫ pro et ſi tu ſeruis deo pone. id eſt depone ſimplex ponitur pro compoſito cito pilea id eſt pileum. vel quicquid tu geris in regione capitis id eſt ſuper caput

Dum comedis manus incedat menſe tua ſoli
Aut caput aut aliud membꝛ tibi ſcalpere noli

¶ Quādo es in menſa nunq̄ꝫ debes tenere ſupꝛa menſam bꝛachia. ſꝫ ſolum manus. ⁊ nunq̄ꝫ debes ſcalpere tibi caput aut aliud membꝛum. qꝛ hoc eſt inhoneſtum. Conſtrue (dum pro qn̄ comedis tua manus incedat ſoli menſe. noli ſcalpere tibi caput aut aliud membꝛ

In potum ſufflare tuū nolito cibumqꝫ
Ne ſputo maculare tuo videaris vtrūqꝫ

Si fueris in coquina vbi coquūtur cibaria ⁊ videas ꝙ ꝑ nimiam bulitionem feruēt vſqꝫ ad effuſionem nō debes ad hoc prohibendum ſufflare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

intra ollam. vel ſi offa aut eſca tua ſit nimis calida. vel potus nimis calli
dus non debes refrigerare ſufflando. quia flatus homīs cuiuſcūqꝫ vide-
tur rem maculare quam ſcꝫ anhelitu ſuo refrigerare petit. Conſtrue.
nolito ſufflare in potum tuū. qꝫ pro et in cibum tuū ne videaris macula
re vtrūqꝫ ſputo tuo.

Pocula ſi ſumas tu mergas labra modeſte
Qui prope fert naſum nō potum ſumit honeſte

Si tu accipias ſorbile qđ eſt in offa tua ſorbendo illud propter cerebri
purgationem. videas vt illud fiat honeſte ſcꝫ non intingendo naſum in
tra ſorbile tue offe aut ſimilis rei. nam illud foret inhoneſtum Cōſtrue
Si tu ſumas. i. accipias. pocula. i. ſorbile tue offe. tu intingas tua labia
honeſte ille q̄ fert. i. portat naſum ꝓpe talis nō ſumit honeſte

Non extollaris ſi ſors tibi proſpera cedat
Nam deus ingrato cito tollit munera que dat

Si ex bona fortuna deꝰ conceſſerit tibi bona temporalia. caueas ne ele
ues teipſum propterea. nam ſicut deꝰ fortune dedit tibi bona ad tribuē
dum. ita dabit te ad aduerſa diſpēſanda ſcđm merita ⁊ delicta tua quia
poteſt plus remouere a te in vno anno. q̄ꝫ dederat tibi prius in ſex vel de
cem annis. caueas ergo te ab huiuſmodi exaltatione. Conſtrue Tu nō
extollaris id eſt per ſuperbiam eleueris. ſi ſors id eſt fortuna proſpera ce
dat id eſt locum tibi det nam pro quia. deꝰ tollit id eſt remouet. cito mu
nera que ipſe dat homini ingrato

Quicquid agas hoſti nunq̄ꝫ tua damna loquaris
Neqꝫ tua nunq̄ꝫ de pauptate queraris

¶ Si tu habeas inimicum caueas ne loquaris in pn̄tia ſua de tuis dā-
nis. nam ſic redderes eum letū. nec etiam cōqueraris de tua pauptate.
qꝛ hoc dilatādo reddēt creditores tuos ad te moleſtādum ſollicitos.
¶ Cōſtrue. nunq̄ꝫ pro nō et vnq̄ꝫ. nō loquaris. i. nō dices vnq̄ꝫ tua dā-
na hoſti. i. inimico tuo. q̇cq̇d. i. quācūqꝫ rē agas. i. facies. neqꝫ ꝓ et nō. et
nō queraris: i. cōqueraris vnq̄ꝫ de pauptate tua cuiq̄ꝫ. i. alicui.

Nec triſtare nimis ſi ſors aduerſa tibi ſit
Nam deꝰ hos tētat quos diligit et cito viſit

¶ Si fortuna ſit tibi contraria ſcꝫ in perditiōe bonoꝝ tuoꝝ vel in mor-
te parentū. aut in infirmitate corpis ꝓprij. non ꝓpter hoc debes nimis
triſtari. qꝛ hoc forſitan deus facit ad delēdum pctā tua ⁊ de hoc ſcriptū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

eſt in pſalmo. Uirga tua ⁊ baculus tu⁹ ipſa me cõſolata ſunt. Cõſtrue Si ſors id eſt fortuna. ſit tibi aduerſa id eſt contraria. nec triſtare id eſt triſticiam recipias nimis. nam pro quia. deus tẽtat hos quos diligit et ipſe deus viſit id eſt videt cito eos

In te ſi dña dominuſue tuus moueatur
Dum cadit ira nihil in eũ tua lingua loquatur

¶ Si tu habeas dñm vel dominam vel aliter eoꝝ iraſcẽdo tecũ loquaꝛ caue ne reſpõdeas eidem rude. ſꝫ expecta donec anim⁹ ſit pacificatus et tũc gratioſe excuſes te. qꝛ tũc ipſe melius te intelliget. vt Cato dt Impedit ira aĩm ne poſſit cernere veꝝ. Cõſtrue Si dñs tuus ve pro vel domina tua moueaꝛ in te. tua lingua nihil pro nõ ⁊ aliq̃d nõ loquaꝛ aliq̃d in eũ. dum id eſt q̃ꝫdiu ira cadit id eſt iraſcitur

Nuncia ſi tuleris coram magnate fer eque
Juſſa loquẽs tacite breuiter docte lepideqꝫ

¶ Si ſis nũcius alicui⁹ in aliqua re. maxime coram magnate. i. coram principe vel epõ tu debes ſeruare in faciẽdo ſermonem tuũ quinqꝫ conditiões. Prima eſt ꝙ nihil aliud dicas niſi ſimpl'r veꝝ. Secunda eſt ꝙ tu loquaris ſine grãdi murmure. Tercia ẽ ꝙ loquaris cõpẽdioſe ⁊ breuiꝛ. Quarta ꝙ loquaris prudẽter ⁊ ſapiẽter. Quĩta eſt. ꝙ loquaris ornate. Et ſi tu loquaris ꝑ aliq̃b⁹ noli ſermonẽ vltra dilatare q̃ꝫ tibi eſt traditũ ad dicẽdum. Et ſi aliq̃d q̃raꝛ a te debes caute ⁊ g̃tioſe rñdẽ. Cõſtrue. ſi tu tuleris nũcia corã magnate loquaris tacite breuiꝛ docte. i. prudẽter. q̃ꝫ pro et lepide. i. ornate fer. i. ꝑferas. eque. i. equal'r. iuſſa. i. p̃cepta

Si tibi quis dederit gratis bona ſumito grate
Et data cum dante laudentur plenius a te

¶ Si aliq̃s dederit tibi aliqͦd donum qͦd nõ meruiſti ab eo gratãter accipias. ⁊ licet illud parui ſit valoris. debes nihilominus tm̃ laudare acſi magni preciȷ̃ eſſet. ⁊ nõ ſolum ipm̃ datũ verũetiam ipm̃ donãtem: ⁊ hoc ſcd̃m beniuolẽtiam donãtis. Cõſtrue Si q̃s dederit tibi gratis. i. pro nihilo. bona ſupple aliqua. ſumito grate. i. grauiꝛ. et data. i. res q̃ dantur laudẽtur plenius. i. ꝑfectius a te cũ dante. i. cũ illo qui donat

Si cupias iuſtum vel honeſtum noſcere vere
Infra tecta ſui debes vtrũqꝫ videre

¶ Si deſideres cognoſcere vnum hoĩem iuſtum vel honeſtum ſm̃ rei veritatem. nõ poteris hoc ꝑſcrutari in loco publico quia multi ſimulãt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

ſe coram homibꝰ oſtendēdo faciem bonam ab extra q̄zuis ſunt mali ab i tra. ſꝫ poteris cognoſcere vitam eoꝝ eſſe honeſtam vel nō ſi cum eis modicum in domibꝰ eoꝝ cōuerſeris. Cōſtrue Si tu cupias .i. optes noſcē id eſt cognoſcē vere .i. veraciter hoīem iuſtum vel honeſtum tu debes videre vtrūqꝫ infra tecta ſui .i. ſue habitationis

Sit tua munda domꝰ et in ipſa quicq̄d habetur
Dens. manꝰ. os. oculus. nares tibi mane lauētur

¶ Si vis honeſte viuere cum familia tua debes eſſe mundꝰ ⁊ honeſtꝰ in factis tuis ⁊ in dictis. ⁊ domꝰ tua debet eſſe munda in cōuerſatione. ⁊ res tue q̄ in domo ſunt debēt eſſe mūde. Et ſi vis in ſanitate viuere laues quotidie dentes tuos. manꝰ tuas. os tuū ⁊ pedes tuos. nam talia multū cōferunt ad ſanitatem corꝑis habēdam Cōſtrue Domꝰ tua ſit mūda. et quicq̄d .i. quecūqꝫ res habet̄ .i. cōtinet̄ in ipſa. Dens .i. dentes tui. manꝰ tue os tuū oculus tuꝰ ⁊ nares tue lauent̄ ſingulis diebꝰ

Nolito culpare dapes quas ſumere ſperas
Si quis ꝓponat coram te nil ſibi queras

¶ Si fueris inuitatꝰ in aliqua domo ⁊ cibaria corā te ꝓpoſita non ſint tibi cōuenientia (nō tamen ꝓpter hoc debes aliquem culpare ſed habeas patiētiam. Etiā nō debes vnq̄ꝫ petere in domo extranea illud qđ neſcis an hoc ſit in tali domo vel non. caueas etiam ne hoſpitem tuū in aliquo damnes. qꝛ hoc facē viciosum eſt. Cōſtrue. tu noli culpare .i. increpare dapes. quas ſperas ſumere .i. comedere. ſi quis .i. aliq̄s ꝓponit coram te nil pro nō et aliq̄d. nō queras ali q̄d ſibi id ab eo

Rumores fugias tu nuncius eſſe ſiniſtri
Nec ſine re cupias tu nomē habere magiſtri

¶ Caueas ne vnq̄ꝫ ſis nouus inuentor rumoris ⁊ ne ſis nunciꝰ male rei et caueas ne accipias nomen alicuius dignitatis vel officiȷ̈ ſine re. nam hoc potius foret tibi dedecus q̄ꝫ honor. Conſtrue. Tu fugias rumores id eſt nouitates ⁊ innouationes. et caueas eſſe nuncius ſiniſtri id eſt alicuius mali. nec pro non ⁊ et. non ſinas id eſt non permittas te habere nomen magiſtri ſine re.

A quocūqꝫ viro miſſus quicūqꝫ tibi ſit
Docte ſuſtineas. quodcūqꝫ malū tibi dicit

Si aliq̄s dn̄s cui tu ſuis dirigat te ad aliū dn̄ꝫ. vt nūcies eidē aliq̄d qđ eidē diſpliceat. ⁊ q̄zuis talis dn̄s iſurget ꝯ te ꝑ ꝟba iiurioſa n̄ dēs curare

ſed fideliter negocium domini facias. gratioſe tamen ſemper te habendo in negocio tuo. ¶ Cōſtrue Quicūqꝫ miſſus ſit a quocūqꝫ viro. ſuſtineas tibi docte quodcūqꝫ malum alius tibi dicit.

Noli maiorem te caſtigare ſup re
De qua ſi vellet poſſet tibi damna referre

¶ Tu non debes caſtigare maiorem te ſuper re pro qua poſſet tibi inferre damnum. nam priuſquā aliquem corrigere velis, reſpicere debes an illud facere tenearis ex officio vel ex fraternali charitate. ⁊ etiā an ipſe melioratur ex tua correctione aut non. quia ſi times ipſius peiorationem ꝑmittas eum in ſuo eſſe. ¶ Conſtrue (Noli caſtigare) id ē corrigere (maiorem te) ſuper re. id eſt de qua ille quem tu caſtigas poſſet inferre tibi dāna ſi vellet.

Non intromittas te. de qua re nihil ad te
Pertinet haud ſtultum nec nequā quiſqꝫ probet te

¶ Si videas aliquod malum fieri quod non ſpectat ſub tua correctione non intromittas te de illa re: precipue ſi nihil boni facere ſperas quia ſi intromittas te rebus alienis, ab hominibꝰ ſtatim iudicaberis ſtultꝰ vel inſipiens. ¶ Conſtrue. Non intromittas te. id eſt interponas de re de qua nihil ad te pertinet. ne pro et ⁊ nō. vt quiſqꝫ. i. quilibet probet te ſtultum. i. fatuū. vel nequam. i. ꝑuerſum.

Pro modico tibi nō eſt offendēdus amicus
Nullus amicicie rem ꝑdit ni ſit iniquus

¶ Si habueris amicum quem diligis et a quo diligeris. caueas ne ſaltem ꝓ re parua eidem facias diſplicitum quia amicicia inter duos homines radicata, nunqꝫ niſi ab iniquo diſſoluitur. ⁊ ideo ne iniquus videarꝭ nunqꝫ per te diſſoluatur amicicia. ¶ Conſtrue. Amicus non eſt offendendꝰ tibi. i. a te. pro modico. quia nullus niſi iniquus id eſt malus perdit rem. i. poſſeſſionem amicicie

Filia ſi tibi ſit cui vernat nubilis etas
Clauſtri ſiue viri properes huic iungere metas

¶ Si habeas filiam ſororem vel neptem que ſit etatis ſufficiētis ad habendum maritum aut ad ingrediēdum monaſteriū aliquod. quāto citius poteris tradas eam matrimonio. aut in monaſteriū intrudas. nā lōga mora talium reꝝ multis obeſt. nulli autem prodeſt. ⁊ cū hoc ſeruabis honorem ſuū cum tuo. ¶ Cōſtrue Si filia ſit tibi. cui vernat. id eſt flo-

ret nubilis etas.i.matrimonialis.pperes.i.feſtines.iungere huic metas clauſtri ſiue viri id eſt mariti.

Raro breues humiles vidi.ruſoſqꝫ fideles
Albos audaces.miror longos ſapientes

¶ Sunt aliqui homies quibꝰ inſunt aliqua indicia ꝓbitatis ant maliſcie. Primo hoies parue ſtature ſunt cõmuniter magnanimi.ꝛ ideo ſunt ſupbi ſiue elati in aio ſuo Secũdo hoies ruſi cõmuniter ſunt cauti ꝛ maliciosi. Tercio hoies albi ſunt raro audaces ſꝫ frequẽter timidi. Quarto hoies magne ſtature raro ſunt ſapiẽtes Cõſtrue Vidi raro.i.tarde.breues hoies humiles eſſe.qꝫ pro et vidi raro ruſos hoies fideles.ꝛ vidi raro albos audaces.ꝛ miror magnos eſſe ſapiẽtes

Sedulus in ſtudio puer in templo pius eſto
Pacifice redeas per vicos atqꝫ plateas

¶ Hic dꝛ ꝙ puer in ſcholis debet eſſe ſedulus.i.aſſiduus in ſtudio ꝛ i eccleſia nõ debet dicẽ multa ꝟba vana.ſed ſemꝑ deum laudare audiẽdo diuinum officium ꝛ dicẽdo horas ſuas. Juxta illud.Domꝰ mea domꝰ orationis vocabiẗ. Et tranſeũdo ꝑ vicos debet eſſe pacificus nõ murmurando nec rixando.nec huc vel illuc aſpiciendo.ſꝫ directe eundo viam ſuam nullam faciet morã in loco publico. Conſtrue O puer id eſt o iuuenis tu eſto ſedulus id eſt cõtinuus in ſtudio tuo.et o puer eſto pius id ẽ benignus in templo id eſt in eccleſia.ꝛ redeas per vicos atqꝫ per plateas pacifice id eſt moroſe.

¶ Finit liber moroſi Faceti cum notabili gloſa. Impreſſus Dauẽtrie per me Richardum paſtraet.Anno dñi.M.cccc.xcvj. (1496)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 82